

REVERENDISSIMO
 & Illustrissimo Principi, Domino
 Martino, Duci, & Episcopo Vratislauen-
 sium, atque supremo Capitaneo utriusque Silesiæ longè di-
 gnissimo, Domino & Patrono suo in
 primis colendo.

ADAMVS HENRICPETRI I.V.D.
 S. P. D.



MNES quotquot in hoc mundo (Reuerendis-
 sime atque Illustris. Princeps) uiuimus, ita natura
 cōparati sumus, ut nullus sui nominis memoriam
 abolitam esse libenter patiatur. Hinc à mundi prin-
 cipio accidit, quòd præclara Monarcharum, Re-
 gum, Principum Ecclesiasticorum & secularium
 ingenia sibi aliquid celebre posteritati relinquere
 semper proposuerint. Vnus sepulchrum uiuens ca-
 daueri suo splendidum, ante obitum seu uiuentis
 sui corporis domicillum architectura singulari ædificare non dubitauit. Ex-
 exemplum habemus satis notum in celeberrimo Iuriscoſulto Mantua Pata-
 uino, quem uidimus, & publicè de nostro iure diſceptantem audiuiſimus, qui
 in templo Hæremitarum, ædibus ſuis æquè ſumptuoſè conſtructis uicino,
 ante multos annos, ſeu aliquot luſtra, tumulum ſibi magnificè extructum pa-
 rauit, uiuensq; hoc delectationis habet, ut uiuentium & poſteriorū iudicium
 audiat. Imitatus hac in parte Artemiſiam Reginam, quæ in Halicarnaſſo op-
 pido, marito ſuo ſepulchrū pulcherrimè factum, tantis ſumptibus abſoluit,
 ut inter ſeptem mundi miracula habitum ſit, ob ingentis operis admiratio-
 nem. Alios uerò legimus, & ſcimus, qui Pyramides, labyrinthos, hortos, tem-
 pla, urbes, arces munitiſſimas, inexpugnabilesq; theatra quoq; & amphithe-
 atra ædificauerunt, fabricauère, & incoluerunt: nulla alia de cauſa, quam
 ut ſempiternam ſibi memoriam apud poſteros compararent. Horum tamen
 omnium conatus longè excedūt, Philoſophorum & eruditorum hominum
 monumenta, quibus non tantum ſibi nomen & famam, nunquam abolen-
 dam comparauère, ſed ſimul etiam poſteritatem plurimum adiuuerunt, qua-
 les apud Ethnicos quoq; non pauci fuère, inter quos primas merito tribui-
 mus Principi illi Philoſophorum Ariſtoteli, qui præter alias eius nunquam
 ſatis laudandas lucubrationes, primus etiam Aegypti Reges docuit libros
 in ordinem digerere, Alexandrinæq; Bibliothecæ author extitit, in qua ali-
 quot millia librorum cõlecta fuerunt: qui ſanè tantus theſaurus regia opu-
 lentia digniſſimum monumentum fuit. Cui equidem rei maiorum noſtro